

D E D I C A T I O.

tum coram, tum per literas saepe merogarunt, ut additis quae desiderarentur, te-
lam hanc pertexerem & publiciuris facerem. Quibus lubenter hac in parte gra-
tificari voluisse, nisi aliis iisque grauioribus haetenus praepeditus essem. Cum
viro ob pestem hic Hafniæ grassantem Anno 1619. de voluntate Serenissimæ
Regiæ Maiestatis, & Magnifici Domini Cancellarii, Domini CHRISTIANI
FRISII de KRAGERUP, Summi Academiæ nostræ, secundum Deum &
Regem, Patroni & Conseruatoris, Regia haec Academia demissa & publicæ præ-
lectiones suspensæ essent: Idcirco iam tandem, hunc qualemcumque laborem in
manus resumpsi, quæ hinc inde desiderabantur additurus: quo ita petitioni &
votis quotundam satisfacere, & iuuentutis hanc in parte, ut spero, studiis prodeesse
possem.

Vobis vero viri Amplissimi & Nobilissimi hæc meas de DICENDI & DIS-
SERENDI ratione lucubrationes inscribere volui, vt ita, pro plurimis in me
præstitis beneficiis, gratitudinem meam testatam facerem. Et cui potius, quam
vobis haec inscribere & nuncupare debui? Quippe in quorum gratiam tenella
huius messis semina primum iacta, & sub quorum auspiciis auctoritate maturita-
tem suam consecuta sint. Accipite itaque viri Nobilissimi exiguum gratae men-
tis symbolum meæque erga vos obseruantiae pignus. Quod supereft, oro æter-
num Deum, vt in Nominis sui gloriam, Ecclesiæ Christi adiumentum, & Reipub-
licæ nostræ emolumentum vos quam diutissime, quam beatissime sospitet atque
incolumes esse velit, omniq[ue] Spiritus, animæ, corporis & fortunæ benedictio-
ne affatim cumulet atque coronet. Hafniæ die 20. Augusti, Anno Christi
1620.

V. E.

perpetuo studiosissimus

CYNRADVS ASLACVS, BERGENSIS.

IN DO-